



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90117999**

§. 7. Innocentius Papa a Germanis salutatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](#)

**Sæcul. XII.** atque Optimates quoque suos, quin &  
**A.C. 1130** Judæos Summo Pontifici munera afferre  
jussit.

### §. VII.

#### *Innocentius Papa a Germanis salvatur.*

**I**nnocentius in Germaniam ad Regem Lotharium miserat Gualterium Archiepiscopum Ravennatem, cum Legati *Ciro. Magd.* testate, qui Concilio sexdecim Episcopo-  
*M. S. ap.* rum a Lothario Herbipoli, mense Octo-  
*Mabil præf.* bri, anno millesimo centesimo trigesimo,  
*in Bern. n. 41.* convocato interfuit; in eo autem Innocentius Papa a Rege Lothario omnibus que præsentibus electus & confirmatus est. Unde Legatus Papæ ex Germania reversus literas attulit, in quibus a Rege & Episcopis totius Gentis nomine rogabatur, ut ad eos divertere & sua præsen-  
*tia* Germanos honorare dignaretur. Per affectum autem & devotionem Franco-  
rum non statim abire licuit, sed demum postquam varias Ecclesias invisiisset, in Lotharingiam transit & Leodium perve-  
nit, ubi Franci Conventum celeberrimum Episcoporum & Principum, Dominica ante medium Quadragesimæ, vigesima secunda Martii, anno millesimo centesimo trigesimo primo, egerunt. Aderat Rex Lotharius cum Regina conjugi, cumque cuncti procederent ad excipien-  
dum

dum Papam, prodiit Rex pedibus in Ec- Sæcul. XII.  
clesia Cathedrali, una manu tenens vir- A.C 1130.  
gam, qua populi circumfusi cuneos arce-  
bat, altera frœnum equi candidi, quo Pa-  
pa vehebatur, equis sonis vices subiens.  
Tum etiam ex equo descendenter manu  
sustinuit. In eodem porro Concilio Leo-  
dieni Otto Episcopus Halberstadiensis,  
ab Honorio Papa ante triennium deposi-  
tus, rogante Rege & Proceribus restitu-  
tus est.

Tunc vero Rex Lotharius, ut ipsi vi-  
debatur, opportunam occasionem nactus,  
instantissime a Papa petere cœpit, ut ipsi  
Jus Investiendi Episcopos, quo Henricus  
Imperator ejus Antecessor, ut supra me-  
minimus, ægerrime cesserat, restitueret.  
Expalluerunt illico his auditis Romani, *Sup. lib.*  
cogitantes, se jam Leodii incidisse in ma- *LXVI. §. 5.*  
jus periculum, quam quod Romæ evasif-  
fent. Dum trepidant, dum quid poten-  
tissimo Regi responderent, non occurrit,  
Sanctus Bernardus, præsens enim erat,  
generosum pectus turbidæ tempestati  
objiciens, & Regem intrepide affatus,  
quam intempestiva, quam a perfidia vix  
satis abhorrens esset ista postulatio ex-  
probravit, sicque brevi quidem sermone,  
sed mira industria & auctoritate obstu-  
pescenda nascens jurgium diremit.

*Hist. Eccles. Tom. XVI.*    U u    §. VIII.